

legia concessa Religiosis qui ad Infidelium terras proficiscuntur cessauerint, & eorum non possit esse usus : dubium debet definiri, secundum mentem Pontificis in ampliorem partem : sed amplior est pars & fauorabilior, q[uia] ipsa priuilegia adhuc durent usque dum Pontifex contrarium declareret : sequitur ergo, quod hec pars sit tenenda et ample[nd]enda: quia amplior, extensior et fauorabilior.

¶ Hic notare oportet, q[uia] Do[minus]issimus Pater Magister à Veracruce dicit in Compendio Indico, ver. Priuilegium, notabili. 2. in expositione priuilegij Pauli. 4. vbi docet, quod illa concessio qua Paulus. 4. concessit Fratribus Prædicatoribus omnia priuilegia ab ipsomet & ab aliis Romanis Pontificibus suis predecessoribus concessa dictis Fratribus, iuxta fatiorabiliore illorum interpretationem: non soli extendit ad priuilegia tunc concessa, sed etiam ad concedenda: per textum notabilem in capit. Quia circa de Priuilegiis. Quia propositione indefinita equipollit universaliter. Pro quo vide glossam. c. Ut circa de Elect. in. 6. Exemplum. Quidam Archiepiscopus concessit Monachis priuilegium super decimis Episcopilibus retinendis quas debebant possessiones